

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

APOSTOLI.

Also kan Gottes-Geist die neues
bohrne Schaar /
Durch schweren Sünden-Fall verlie-
ren gang und gar.

E. v. 28.

Error eat: valeat praeceptum dulcitatio mentis,
Es DEUS & Dominus, Christe benigne, mea!

ORACULUM SACRUM IV.

Rom. IX, 5.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ υἱὸς θεοῦ, ἐκ τῶν πατέρων, τὸ καὶ αἰῶνα,
ὁ ἀνὸς πάντων θεῶν, ἐυλογητὸς εἰς τὰς αἰῶ-
νας, ἀμήν.

Versio Vulgata.

Christus est ex patribus secundum
carnem, qui est super omnia DEUS, bene-
dictus in secula, Amen.

Versio B. LUTHERI:

Christus kömmet her aus den Vä-
tern nach dem Fleische / der da ist Gott
über alles / gelobet in ewigkeit / Amen.

N O T A.

1. Christus est ex patribus i. e. majoribus
Israelitarum, & quidem τὸ καὶ αἰῶνα. E. Chri-
stus

D 3

IN DIE B. THOMÆ

flus est verus homo, contra Ebionitas, Marcionitas, Valentinianos, & Manicheos, qui quovis modo nature humana veritatem oppugabant.

2. Phrasis τὸ ἅ σάρκα accipienda est, non χωριστικῶς ἢ διαιρετικῶς, quasi τὸ natum esse ex Maria, à concreto natura divinæ & λόγῳ, seu à λόγῳ esset separandum, sed ἀφοριστικῶς, proprietates naturarum distinguens, contra Eutychem, naturas & earum proprietates in Christo confundentem.

3. Quamvis Christus sit ex Patribus, non tamen exinde sequitur, cum non esse verum & æternum DEUM. Nam προσδιορισμὸς τὸ ἅ σάρκα clarè ostendit, Christum habere præter carnem aliam naturam nimirum divinam, secundum quam non sit ex Patribus, & secundum quam rectè dicere poterat: πρὶν Ἀβραάμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμι. Joh. VIII, 58. contra Socinianos, qui ex h. l. ita inferunt:

Christus est ex Patribus secundum carnem. E. non est naturà & ab æterno DEUS. Absurdum enim est, æternum DEUM, esse ex patribus secundum carnem. Vocari itaq̃ DEUM, quia Christus à DEO Patre super omnia sit exaltatus, & nomen super omne nomen acceperit. Vide Catechismum Racaviensem Germanicum majorem A. 1605. Rakavix evulgatum & Academiæ Wittebergenfi inscriptum cap. I. p. 120.

APOSTOLI.

4. Ex h. loco ita colligimus:

SI DEUS super omnia benedictus è Patribus originem trahit secundum carnem, necessum est, verum naturá DEUM assumfisse naturam humanam, hominemq; factum esse. Quia per originem è patribus secundum carnem nihil aliud designatur, quám nativitas temporalis Filii DEI, quá ut verus homo natus est, *contra eosdem mysterium incarnationis Filii DEI omnibus modis impugnantes. Vid. Socin. in expl. 2. cap. Joban. p. 41. Smalc. refut. th. Graweri de Incar. p. 3. & de Verbo incarnato c. 17 p. 102. Ostrod. Instit. c. 7. p. 96.*

5. Christus heic secundum utramq; naturam describitur. Respectu divinæ naturæ dicitur DEUS super omnia, benedictus in secula. Respectu humanæ naturæ dicitur esse ex patribus secundum carnem. E. dan. ur duæ distinctæ naturæ in Christo, *contra eosdem, unionem duarum naturarum in Christo, pro somnio & mera fabula habentes. Vid. Cateches. Reacor. p. 4. Ostrod. c. VI. Instit. p. 40. Smalc. Refut. monstr. & in Exam. CLV. Error. p. 5.*

6. Punctum post hæc verba: *ἐξ ἁγῶν καὶ θεῶν τῶν πατέρων*, nec coherentia textus admittit, nec nomen *εὐλογητός*, cui Ebraeorum קדוש Respondet, quod semper ferè solet anteponi ei, ad quem refertur, præsertim in doxologiis

IN DIE B. THOMÆ

fatente Anonymo Photiniano in Responsione
 sua Latina Bellarmino & Wicco Jesuitis op-
 posita p.284. contra sociennos, Arium & Mace-
 donium, qui textum hunc corrumpunt. & pun-
 ctum aliquod ponendum esse post vocem πάντων
 garrunt. Hinc ex his verbis: ὁ ὢν Θεὸς πάν-
 των Ἰησοῦς εὐλόγηται εἰς τὰς αἰῶνας, ὁρθολογίας
 faciunt, eaq; ad DEUM patrem referunt & per
 exclamationem ira legunt: Gott der über al-
 les ist sey gelobet in ewigkeit. DEUS qui est su-
 per omnia, sit benedictus in secula.

7. Vox πάντων universaliter est accipienda,
 & quidem in genere neutro. Nam Christus
 constitutus est super omnia, ipsiq; omnia sunt
 subjecta, Ephes. I, 22. Joh. III, 31. Col. I, 16. I. Cor.
 XV, 25. Hinc rectè vulgaris: qui est super om-
 nia DEUS, benedictus in secula, Lutherus:
 Der da GOTT ist über Alles, contra nonnullos
 Socinianos, qui veritatis jubare constiteri, verba
 quidem Pauli omnia de Christo exponunt, vocem
 tamen πάντων ad solos homines restringunt, quos
 supra sit Christus. Hinc verba Pauli ita vertunt:
 Welcher ist über Alle ein GOTT. Inde autem
 minime sequi: Christus est super omnes homines.
 E. est summus DEUS. Vid. Socinus respons. c. 3.
 Wicci.

8. Articulus prepositivus h. l. ponitur pro
 postpositivo, & adjunctum participium habet

vini

vim relativi. Sic Matth. VI. 9. Luc. XI. 2. legitur: *πάτηρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, non autem, *ὁς contra eosdem*.

9. Phrasi hac ὁ ὢν ὁπί πάντων ἱεὺς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας, æternum notari DEUM, apparet ex simili loquutione, quæ legitur, Rom. I. 25. *ἐλάτρευσα τὴν κλισίαν τοῦ θεοῦ τὸν κτισθέντα, ὁς ἐστὶν εὐλογητὸς, εἰς τὰς αἰῶνας ἀμὴν*. Et quotiens in sacris literis DEUS benedictus appellatur, totiens æternus DEUS intelligitur. Vide Ps. LXII. 18. Luc. I. 68. II. Cor. I. 3. cap. XI. 31. Ephes. I. 3. I. Petri I. 3. & hæc nota *contra eosdem*.

10. Particula ἀμὴν ab ἰδὲ h. l. adseverationis, confirmationis, & attentionis nota est. Usurpatur enim, quando res magni momenti, salutatis, utilis ac summè necessaria, certè, insuper ac indubitata proponitur. LXX. hanc vocem per γένοιτο & ἀληθῶς, Aquila & Symmachus per πιστομένως, reddunt. Geminata superlativè significat ex idiomate Ebraeorum. Amen, amen dicō vobis i. e. certissimè, verissimè, Joh. XVI. 20. & 23. *contra eosdem*.

11. His prælibatis & obstaculis remotis ex h. l. ita colligimus:]

Quicumq; est DEUS benedictus super omnia in secula, & quidem additâ confirmandi particulâ Amen, is est æternus DEUS. Hæc enim

IN DIE B. THOMÆ

quoniam est nota veri & æterni DEI, uti modo probavimus.

Sed Christus h. l. dicitur DEUS benedictus super omnia in secula, & quidem additâ confirmandi particulâ Amen.

E. Christus est æternus DEUS, *contra eosdem.*

Nec obstat, quod nomen DEI de Christo cum adjectione quadam, vel in casu vocandi, adhibentur, quia adjectio pronominis Joh. XX, 28. & Epitheti h. l. nō est diminutiva, sed potius confirmativa veri & summi DEI. Confer. Matth. XXVII, 45. Marc. XV, 34. Joh. XX, 17. Rom. I, 8. 1. Cor. I, 4. c. XIV, 18. 2. Cor. XII, 21. ubi *Ἰσχυρα* de summo DEO dicitur. Item Matth. XVI, 16. c. XXVI, 63. Luc. IIX, 38. Joh. XVII, 3. & in quibus locis epitheton additum consimile non imminuit veritatem, sed eandem confirmat.

12. Si autem Christus est verus & æternus DEUS, utiq; tempore mortis non potuit plane desinere esse, *contra eosdem.* Vid. Socin. *Dissput. cum Francisco Davidis. cap. 16. part. 2. p. 134. Smalc. Refut. Monstr. cap. XII. p. 109. & de Divin. Christi. cap. XII.*

13. Præterea è loco præsentis ita colligimus: Si Christus est DEUS benedictus *ἐν τῷ αἰῶνα*, utiq; imperium ejus, quod in credentes obtinet, æternum est.

At

APOSTOLI.

At verum prius, teste h. l. Apostolo. E. & posterius, contra eosdem. Vid. Ostorod. in Instit. c. XXI. p. 401. Volkhel. lib. III. de Vera Relig. c. XXXVI. Smalc. Refut. 156. error. p. 56. Item Exam. 100. Error. num. 32. p. 14.

Nec obstant nostræ sententiæ verba Apostoli 1. Cor. XV. 24. & 28. Mox finis, quum tradiderit regnum DEO. & Patri, quum evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem. Quum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subjectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, ut sit DEUS omnia in omnibus, quoniam enim modus, regiminis immutandus sit, regnumq; gratiæ, quod nunc per verbum & Sacramenta administratur, deponendum in fine mundi, non tamen universum regimen Christi in fideles evacuetur, nec regnum gloriæ finem ullum habiturum est. Aliud igitur est regnum Christi essentialiale, aliud mediatorium. Nec est quod adversarii hunc locum ulterius urgeant, & ex eo sic colligant:

Si Christus in fine subicietur DEO Patri, utiq; non erit DEUS super omnia benedictus in secula. Hæc enim sunt opposita: Esse DEUM benedictum super omnia, & alii subiectum esse atq; subditum. Sed quum hæc non dicantur secundum idem nulla est collectio. Eo quis enim intelligit Christum secundum eam naturam

IN DIE B. THOMÆ

naturam, secundum quam est super omnia ne-
quaquam subiectum iri DEO aut ulli subijci
posse. Quapropter necessario id accipien-
dum est ad adorandum, quod ad carnem, vel hu-
manam naturam attinet, quæ tunc subjicietur
DEO, non quod antea subiecta non fuerit, sed
quod subiecta tum etiam futura sit, idq; illu-
strius tum conspicuum futurum sit.

14. Sed satis diu cum Socinigrægalibus de-
certavimus, congregiamur jam eodem ausu
cum Calvini asseclis. Hi enim Christo secun-
dum humanam naturam cultum adorationis
religiose derogant. Hinc Danaus presenti
sacro oraculo abicitur, & ex eo tale nectit argu-
mentum:

Christus, quæ DEUS est adorandus & be-
nedicendus. Est enim DEUS super omni be-
nedictus in secula.

E. quæ homo nec benedici nec adorari
à nobis debet. *Vid. Danaus in Exam. p. 417. &
in Assertionem p. 38. ubi ita scribit: Nulla carnis
aut humana natura cogitatio necessaria, est imò
prorsus removenda à religiosa DEI divinaq; na-
tura, etiam in Christo ipso adoratione.*

Sed frustra opponunt adversarii, quæ non
sunt opponenda. Nos cum Scriptura & or-
thodoxa antiquitate Christum, ut DEUM &
hominem una adoratione adorandum & bene-
dicendum dicimus.

APOSTOLI.

dicendum esse credimus. Hinc cum pueris Hierosolymitanis devotè canimus: Hosanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini, Matth. XXI, 9.

Deinde omninò distinguendum *inter* *τὸ θεῶδες* & *τὸ ἀνθρώπινον*. DEUS personaliter habet sanguinem, licet non essentialiter, & naturaliter Act. XX, 28. Ita Christus juxta carnem personaliter est adorandus, etiam si non essentialiter ac naturaliter. Phil. II, 9.

Sed *ἐν τῶνδε* hæc sufficiant.

Nunc lubet audire.

PATRES.

Quando Paulus dicit, Christum esse DEUM, hoc sufficit Christianis. Quando verò addit esse DEUM super omnia, ad omnia blasphemiam per fidem assertionis excludit *Cassianus lib. 3. de Incarnat. Domini p. 1249*. Sufficit hoc testimonium fidei etiam summæ infidelitati, *Idem. loc. cit.*

Thomas Christum *Dominum* vocat, quia redemerat servulos suos; DEUM, quia non solum resurrexerat, sed etiam seipsum suscitaverat, *Ambros. in Ps. 43*. Eant *Servitiani* & cum pudore rejiciant oculos ad Thomam palpantem crucifixum, illumq; & Dominum DEUM consistentem, & metuant Dominum, qui post loros discipulorum pedes ita loquitur:

Vos

IN DIE B. THOMÆ APOSTOLI.

Vos adpellatis me Magistrum: & Dominum, & verè dicitis, sum enim, *Chrysoft. in Epist. ad Maxim.*

Qui plura Patrum de hoc sacro oraculo postulat testimonia, leget Itaneum lib. 3. contra Hæret. c. 18. Athanasium orat. 2. adversus Arianos. Hieronymum ad Algasiam quæst. 9. Gregorium Magnum lib. 8. Moralium, qui hunc locum Paulinum allegant, ut Christum verum DEUM esse commonstrent. Ego hæc subsisto, & sequentes addo.

RHYTHMOS GERMANICOS.

O süßer JESU Christ! Wie sehr hatt' ich
geirret?

Wie hatte doch so sehr der Zweifel mich
verwirret?

Nun will ich zweiffeln nicht/denn Du

Herr Jesu Christ

Mein Herr/ und auch mein Gott/
und mein Erlöser bist.

IN DIE S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Ex Matth. XXII, 35.

Desine Christicolas occidere sanguis Abelis

Ad calum clamat, suppliciumq; petit.

ORA.